

Konrad Friedlieb    Johann Friedrich Richard

**Meditamenta luridica pro asserendis Aegrorum Iure Ac Privilegiis In Genere : Der Krancken Recht/ Frey- und Gerechtigkeiten ins gemein/ Suffragio Noblissimi ICtorum Ordinis in Illustri Gryphica Loco Ordinariae Disputationis**

Gryphiswaldiae: Doischerus, 1676

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn787620300>

Druck    Freier  Zugang





K. N. — 2 (118.)

1. Valentin von Windbunns Rathung dar in ainlichen Anweisungens Maß  
in Günde quodammodo mundlumbirgischen Annotus, in Anweisung des  
Herrn Justitiani Ludwig.
2. Ballege de iuribus conjugum successoris secundum iura Prothionia
3. Idem de donationibus inter conjuges.
4. Schorch de cumulatione petitionum cum possessione.
5. Major de bonarum artium in promovenda mercatoria utilitate.
6. Fischer Panegyricus Frederici II. Borussiae regis.
7. Loebel de mutatione formarum in vestibus. non Harandunig  
dar Alnidus Modus
8. Schoetgen de nolis in vestitu.
9. Schmidt. Coetus de colore iudicantis.
10. Schroeder de rusticis eruditione clavis
11. Sidel de obligatione hominis ad religionem.
12. Kahl de divinatione.
13. Nexus Pomeranicae cum S. R. G. Imperio.
14. Beserer de interventione post sententiam.
15. Bircener de decreto quod de electione episcoporum fit.
16. Blaauw de societate.
17. Boehmer de legitima cadaveris occisi sectione.
18. Trendelenburg oratio in natales Suis Frederici
19. Meißner vindicta legislationis Justinianae de mixto tempore com-  
putando.
20. Bunekau de separatione liberorum ex iure Germ. imprimis Lubecensi.
21. Species facti non dar zu Soltbertin 1738. quibusdam Frigidus Muff
22. de Friedenberg de iure eoque recta docendi et defendi ratione.
23. Gelfering de tractandi per Romanum methodo.
24. Harpprecht de usufructu statutarie materno
25. Böhmner ob nag dar alius mundlumbirgischer Anweisung non Jaf  
1552 dar Superintendentus non dar Patronus in ipsum patronat digne  
zu dar Frigidus Statinus quinquaginta unibus missa?
26. Fricolius de processu iudiciali civili et feudali.
27. Idem de iure revocandi iudex
28. Idem de agrorum iure et privilegiis.
29. Müller de subtili disputandi ratione in causa publicae utilitatis rejicienda
30. Hartel de tutore alienae iurisdictionis.
31. Bastineller observationes forenses.

23. Bafineller num liberia abfentes portionis a matre de bonis post obitum  
dividendis cum aliquibus liberis inita egrati, mortua matre illam de-  
beant implere?

33. Winkler de expensis termini.

34. Bafineller felicitas quaedam a Sed. receptae fententiae examina-  
tae et reputatae.

35. G. B. Beermann de obligatione mandantis erga mandatarium fi-  
nes mandati eademtem.

36. Bafineller de fufceffione viduae. ex lege Halenfi.

37. Brantfen de remiffione et mitigatione poenarum.

38. a. Brandwyer ad C. a. f. u. b. i. s. g. de C. Rhodii de jactu.

39. Brand de legitima maleficos et fagas convincendi ratione et inve-  
ftigandi.

DISSERTATIO.

FELICITER!

MEDITAMENTA JURIDICA  
pro asferendis

ÆGRORUM  
JURE AC PRIVILEGIIS

IN GENERE,

Der Krancken Recht / Frey-  
und Berechtigkeiten ins gemein /

Suffragio

Nobilissimi Jctorum Ordinis  
in Illustri Gryphica

Loco

ORDINARIÆ DISPUTATIONIS  
PRÆSIDE

DN. CONRADO Friedelieb /

Jcto, Placitorum Feudalium & Juris

Publici Professore Ordinario, Collegii Juri-

dici in præsens Decano Spectabili, Præceptore ac studio-  
rum suorum Promotere æternum venerando,

Publico Eruditorum Examine subjecta  
in Auditorio Majori die 19. Jul.

JOH. FRID. RICHARDO, Wolg. Pom.

GRYPHISWALDIÆ

Typis MATTHEI DEISCHEEL, Reg. Acad. Typogr. 1676.

MEDITAMENTA JURIDICA  
AEGORUM  
LIBRE AC PRIVILEGIIS  
IN GENERE

AD PRINCIPES  
MAGISTRATUS

NOBILITATEM  
CIVITATIS  
ORDINARIAS DISPOSITIONES

DR. GONRADO  
FREDERICO

Publici Professoris Ordinarii, Collegii Juris  
JOH. FRID. RICHARDI

J. J.

DISSERTATIONIS ORDINARIÆ

DE

JURE ET PRIVILEGIIS ÆGRO-  
RUM IN GENERE,Von Kranken Recht/ Frey- und  
Gerechtigkeiten ins gemein.

PROŒMIUM.



Didere hactenus diversi ingenio, do-  
ctrinâq; pollentes Jcti diversa de *Jure*,  
*Personarum*, *Rerum*, *Actionum*, *Fœminarum*,  
*Creditorum*, *Domani*, *Belli*, *Domini & Vasal-*  
*li*, *Protimiseos*, *Territorii*, *Connubiorum*, *Ma-*  
*jestatis*, *Regalium*, *Fisci*, *Legitimationis*, *Fra-*  
*trum*, *Ætatis*, *Obstetricum* limata ab arte,  
opuscula, sed de *JURE ÆGRO-  
RUM* præter *Actium* de In-  
firmitate prolixioris argumenti, nec mei instituti, in cujus  
notitiam, absolutis demùm his pagellis, incidi, adeòq; ne  
verbum quidem ex hoc mutuatus, sed venam ideamq;  
ingenii mei secutus, NEMO, fortè quod animo corporeq;  
validi vel solum ægritudinis nomen, multò magis rem-  
ipsam, ejusq; affectus horruerint, vel sparsim de his in Ju-  
re dicta colligere fastidierint, vel ægotantium ceu moro-  
forum sæpiùs & impatientium, queis, ut ait *Stobæus*, nunc  
mulier est molesta, nunc medicus accusatur, amicorum &  
qui venit inacceptus, abiens gravis, denique grabatus  
ipse, vel musca bilem movet, de *Imprud. Serm. 4. n. 20. p. m. 60.*

A. 2

Jura

DE JURE ÆGRORUM

4  
 Jura ac privilegia contempserint. Sed, cum quibusdam in Jure locis de *Ægrorum Privilegiis* non pauca & scitu necessaria & quotidiana obversentur, frequentiora verò ac necessaria præ cæteris observari, evolviq̃ mercantur, arg. l. 1. ff. de susp. tut. l. 5. ff. de leg. & l. 25. pr. ff. de lib. legata. quandoquidem ipsa Jura, animadvertente *Theophrasto* in l. 3. ff. de leg. super his, quæ ἐπι τὸ πλείον, id est, frequenter, non ἐν παραλόγῳ, ex inopinato accidunt, constituta, imò articuli Juris frequentiores hinc usitati, atque cotidiani audiunt in l. 24. ff. de Usufr. & l. 9. §. 8. ff. Si cert. pet. hoc imprimis Thema præ reliquis è semestri ægritudine non *Æsculapii* ope, quam olim misis à sollemnilegatione implorantur Romani, teste *Livio* lib. 10. & *Val. Max.* lib. 1. c. 8. sed solius *JEHOVÆ* cœlestis Curatoris, quem se fidelibus pollicetur *Exod.* c. 15. v. 26. & *Jer.* c. 17. v. 14. præ valido auxilio modici temporis interjectu ad vitam & vires paulatim emergens, interim morbo adhuc fessus & torpens, ne officio longius deessem, in genere hæctenus loco *Disputationis Ordinariæ* exulceratis hisce, ægrisq̃ diebus, queis mitiorem auram surroget *DEUS!* examinandum sumsi, singulas ejus species, si spes ero, peculiaribus abhinc *Discursibus* propositurus, sed priusquam ipsum aggredior, opus, *Æternum* veneratus Numen, ut laborem clementissimè secundet, at Te, *candide Lector*, precatus, ne asperneris sparsim quidem ab aliis dicta, sed à me prius, quantum præter *Actium* prolixiori diversaq̃ methodo à nostro instituto agentem mihi hæctenus videre licuit, in justum, hunc ordinem redacta, pensitans, inutilem omninò ac factuum fore, qui cuncta suo pte ingenio nectere velit, ne quicquam dici, quod non dictum sit prius, cum *Casparo Callino* in *Prefat. milleloquii Juris* prefixâ.

CAP. I.

DE VERO IPSORUM TERMINO-  
RUM SIGNIFICATU.

## CONSPECTUS.

1. Verus ab initio eruendus est terminorum significatus;
2. Juris acceptio varia;
3. Privilegii ætymon & diversa significatio;
4. Æger, unde derivetur, & qualem his propriè denotet;

## §. 1.

**C**Um ea, heu dolor! heu lacrymæ! post lapsum Protoplasto-  
rum misera evaserit mortalium conditio, ut illos & an-  
xietates innumera & corruptiones & morborum genera  
circumstent, *Nov. 84. c. 1. princ.* quibus fessi conflictantur,  
ægroant, moriuntur, siquidem mors ultimus est omnibus  
hominibus vitæ terminus, *Nov. 1. c. 1. in fin. & Nov. 22. c. 20. pr.* cu-  
jus rei flebile documentum vel hæc mœnia semestri spatio ediderunt,  
quoad spirant tamen adhuc, sperantq; jure certo, certisq; privilegiis iis  
ut ægotantibus inter decumanos sæpe pallidæ mortis insultus suc-  
curri fas est; De quo jure, quibusve privilegiis ut penitiùs constet,  
terminorum JURIS, PRIVILEGII & ÆGROTORUM verus significa-  
tus circa initia eruendus venit, siquidem utut potior rerum, prior ta-  
men semper verborum, quæ rarò in nativa sua significatione acquie-  
scunt, arg. *l. 4. ff. de presc. verb.* habenda est ratio, per *l. 1. ff. de reb.  
cred. l. 7. ff. de suppell. legat. Mysf. pr. Inst. de exception. n. 2.*

§. 2. Igitur JURIS vocabulum, quò omnis tollatur ambigui-  
tas, licet modò sensu morali & quasi Philosophico, modò Juridico di-  
versæ sit acceptionis, de qua videas *Frantzky. ad tit. de Just. & Jur. n. 48. usque ad fin. ff. & tit. de origine Juris pr.* licet modò abstractè,  
modò concretè consideretur, de quo *Zæf. ad Digest. cod. tit. n. 3.* mo-  
dò jussionem denotet, *Don. 1. comm. Jur. civ. c. 3. ibiq; Hilliger,* modò  
sententiam, modò legem, modò necessitatem, imò latè locum ipsum,  
in quo jus dicitur, arg. *l. 1. ff. de in jus voc. l. 4. §. 1. ff. de inter. in jur.  
suc. l. 1. c. de confes. Zæf. d. l. n. 2.* nobis hîc est legitima facultas, seu

potestas ad aliquid lege cuique concessa, juxta quam quis dicitur jure suo uti, §. 1. Inst. de tut. l. 1. ff. eod. Denell. ad pr. Inst. de Act. num. 2. Zoef. d. l. Hugo Grotius de Jure Belli & Pacis l. 1. c. 1. §. 4. ibiq; Gracwinckel in strict. contra cens. Joan. à Felden. conf. Molin. de Just. & Jur. tom. 1. tract. 1. Disp. 2. vers. à jure.

§. 3. Ab hoc PRIVILEGII nomen ut attingam, quod alii à 70 privare dictum volunt, quasi privilegium sit aliquid privans legem. Euenkel de privil. l. 1. c. 1. n. 7. & 10. Col. de process. exec. c. 4. p. 1. n. 3. Richter p. 1. Dec. 4. n. 10. alii & rectius ab antiqua loquendi formula: *privo sc. & lege*, quando veteres priva dicebant, quæ nos singulari, Gell. N. Attic. Lib. 10. c. 10. & Festus in voce *privus*, unde Cato privas scopulas appellat singulas. Et Horat. Lib. 1. Ep. 1. in hanc faciem canit:

- - - - -  
condueto navigio æquè  
Nauseat ac locuples, quem ducit priva triremis.

Imò Cic. lib. 3. de leg. tantum, inquit, Majores in posterum providisse, in privos leges ferri noluerunt, id enim privilegium est, & in Orat. pro Domo, *vetant*, inquit, *leges sacratæ*, *vetant XII. Tabul. LL. privis hominibus irrogari*, conser. Christ. Beckm. de orig. lat. lingv. p. 865. & 877. juncto Reinoldo Curicke de Priv. c. 1. etiamsi illud varii quoque sit significatus, ita ut in lata significatione quascunque designet constitutiones speciales, contra, vel præter Jus commune in certæ personæ, certæve causæ gratiam, vel odium disponentes, §. 6. Inst. de Jur. N. G. & c. & arg. l. 4. §. 2. ff. de const. Princ. tum l. 9. c. de Test. juncto Zoef. ad Dig. tit. de const. Princ. n. 13. siquidem privilegia non tantum pro aliquo, verum etiam contra aliquem feruntur, *Vinn. ad dict. §. 6. Inst. n. 5.* quale illud, quod, rogatore & autore Clodio, de Cicerone per aquæ & ignis interdictionem civitate excludendo latum, quod ille *nefarium* vocat *privilegium* in Orat. pro Dom. pariter ac si multis personis delinquentibus pœnæ nimis exasperentur, l. 16. §. fin. ff. de pœn. Frantzck. ad Dig. tit. de const. Princ. n. 42. imò metonymicè sumatur pro instrumento, quo privilegia concessa continentur, ut in l. 17. c. de ss. Eccles. vel pro ipsis privilegiariis, ut in l. 24. §. 2. ff. de reb. autor. Judic. possid. l. 17. §. pen. ff. de Excus. tut. Rebhan. Hodeget. Jur. Chart. 2. clim. 1. parall. 1. n. 40. p. 64. Curicke d. l. c. 2. p. 25. in stricta tamen significatione, quam amplectimur, nobis venit pro constitutionibus

bus unicè in favorem alicujus constitutis contra Juris universalis, seu generalis tenorem prerogativam ei tribuentibus, arg. l. 2. ibi: antequam privilegiorum prerogativam. C. de Decurial. Urb. Rom. l. 19. pr. ff. de reb. ant. Jud. possid. l. ult. C. de Profess. & Med. l. 12. C. qui pot. in pign. Hug. Grot. de Jur. Bell. & Pac. lib. 2. c. 18. §. 4.

§. 4. Denique vox ÆGRI, seu ÆGRORUM non quidem, ut plerique volunt, ab ago, quasi morbo correptus agatur in infirmitate, vel gravius agitur ad tempus, Martinus Martinii in Lexic. Philolog. voc. Æger, sed potius ex hujus, qui Festum secutus, judicio ac censurâ, ab ãi voce doloris, ita ut ger sit productio verbi sic dicta, etsi ambiguar sit acceptionis, ita ut quoque usurpetur pro tristi, difficili atque irato, quemadmodum hoc sensu Papinianus ægram dicit mulierem in l. 3. ibi: Offensam ægra mulieris maritali sermone placuerat. ff. si quis aliq. test. prohib. adde spigel. & scard. in Lexicis Jurid. voce ægra. at tamen hinc nobis pro nullo alio venit, quàm morbose, seu agroti & valedudinario, qui ob corporis imbecillitatem rebus suis propriis præesse nequit, sive ea sit temporalis, sive perpetua, vid. scard. & spigel. d. loc. juncto Antonio Peretz. in Cod. tit. qui morbo se excusant. lib. 10. non enim meretur calculum illa Donati differentia, juxta quam ægrum de animo tali, agrotum de corpore tali effert, quando quidem hæ voces omninò sunt synonymicæ, & tam de corpore, quàm animo infirmis usurpantur. Quà ratione Imp. in l. 2. C. qui testam. fac. poss. ægritudinem corporis allegant, eò quòd alia sit animi, & salust. dicit in Carilina: Antonius pedibus æger. tum Liv. lib. 4. sed Psyche virgo vidua domi residens desertit suam solitudinem ægra corporis, animi saucia, at statius lib. 11. Thebaid. in hunc modum canit:

- - obscura vallum dum morte pererrat

Æger consilii, curisq; novissima volvens.

Nec minùs eadem ratione ægrotus de animo tali effertur, ut evincit locus Cicer. 4. Tusc. quest. in verbis: Quis enim dubitarit, quin ægritationes animi &c. adde Voss. de Arte Grammat. lib. 7. c. 10. p. m. 355.

DE HOMONYMIA ET SYNONYMIA ÆGRI,  
EJUSQUE DEFINITIONE.

## CONSPECTUS.

1. Ægri Homonymia eruitur,
2. Ejus Synonymia proponitur.
3. Definitio, mislis Medicorum variis descriptionibus, legibus & foro Juridice congrua traditur,

## §. I.

Perspecto Terminorum significatu, paulò propius ipsum ÆGRUM contemplamur, eumq; primò, dum, ut ajunt Logici: *ERRORUM genitrix est æquivocatio semper*, ab omni polysemia liberamus, præterquam enim, ut suprà jeci, quòd sumatur pro *tristi, difficili ac irato*, etiam de *animo imbecilli, homineq; nullius, aut tenuis consilii prædicatur*, quomodo *Cic. pro Cœl. Medea*, inquit, *animo ægra, amore seruo saucia, & statius supra c. 1. allegatus*, dum dicit: *ager consilii curisq; novissima volvens*, de eo loquitur, qui tristitia cogitat & consilia est imbecillis, imò de *dolente*, quomodo *silius Ital. lib. 13. de Diomede*, quem rapti Palladii poenitebat, sic loquitur:

*sed postquam Oenotriis fundavit finibus urbem*

*Æger delicti Phrygium placare colendo*

*Numen & Iliacos parat exornare penates,*

id est, dolens ob delictum à se patratum, raptum sc. Palladium, tandem in *Ædil. Edict. de vitioso*, dum morbum, seu ægritudinem & vitium, *Labeo* atque *sabinus*, quos sequitur *ulpianus* quoad hoc edictum in *l. 1. de Ædil. Edict.* bis ibidem *κατὰ τὴν αὐτῆς*, adedq; promiscuè efferunt nullam inter hæc duo differentiam agnoscentes, in *d. l. 1. §. sed sciendum. ff. de Ædil. Edict. conf. Zœf. ad Dig. dict. tit. n. 4.* Sed cum superiores significatus apud Philologos non sint hujus loci, & quamvis *Labeo* atque *sabinus*, de quibus videre est apud *A. Gell. N. A. lib. 4. c. 2.* tum in jam antè allegatà *lege 1. §. sciendum. cum ulpiano*, nullam quoad hoc edictum, seu effectum Juris in hac materià, *Frantzke. d. l. n. 28.* inter morbum, seu ægritudinem, quibus synonymicè utitur *Avicenna lib.*

D I S S E R T A T I O.

*lib. 1. fœs. 2. doct. 1. c. 2.* voluit esse differentiam . cum is , qui morbo-  
sus est , sit etiam vitiosus , & juxta Medicos quosdam morbum statuen-  
tes tam ipsam læsionem , quàm dispositionem operationes lædentem ,  
ipse etiam morbosus sit , qui vitiosus , *l. 10. pr. ff. de Ædil. Edict.* attamen  
cum *Trebatius* , aliisq; Jcti eorum sententiam magis assensu exce-  
perint , qui morbum definiunt non ipsam læsionem , sed id , quod dis-  
positum est ad lædendam operationem , remanet utique hæc inter mor-  
bum & vitium differentia , ut hoc generalius quid sit , morbus specia-  
lius , adeoq; vitium denotet perpetuum corporis impedimentum , quod  
aut è morbi læsione permanfit , aut simul cum corpore ab initio existi-  
tit , juxta *Modestinum in l. 101. §. 2. de v. s.* Integrà semper & posthac  
valetudine , morbus verò habitum corporis contra naturam , qui usum  
ejus ad id facit deteriozem , cujus causâ natura nobis ejus corporis par-  
tem dedit , siue temporaliter , siue perpetuò , è sententiâ *ulp. in d. l. 1. §.*  
*sciendum. ff. de Ædil. Edict.* Atque hinc non tam è Medicorum insti-  
tuto , quàm usu forensi mihi hoc loco *Æger* est , *qui vel è temporali , vel*  
*perpetuâ imbecillitate non cum ipso corpore ortâ , sed ex accidenti rebus*  
 *suis superesse non potest.* arg. eorum , quæ habet *Schard. in Lexic. Jur.*  
*voc. Morbus. & Gœd. ad l. 113. de v. s. n. 2.*

§. 2. *Homonymiam* excipit *synonymia* , juxta quam *Æger* mox  
dicitur *morbidus* , quomodo *Plinius lib. 8. c. 26.* Atque ita , inquit , *pro-*  
*fluvio sanguinis morbidum aliàs corpus exonerat.* & *Lucret. lib. 6.* di-  
cit : *Languem , quem contulit agricolarum copia conveniens ex omni*  
*morbida parte* , id est , ægra & morbo infecta . Mox *Morbosus* , *vale-*  
*tudinarius* , *Infirmus* , sic *Cato de re rustica c. 2.* *Ferramenta* , inquit ,  
*vetera , servum senem , servum morbosum , & si quid aliud supersit ,*  
*vendat.* adde *Glossam Philosoph. tum Schard. & Spiegel. in Lexic. voce*  
*Morbosus* , ibi pro morbo obnoxius , juncto *Martino Martini dict. loc.*  
*voc. Morbosus* . ibi : *Morborum plenus , valetudinarius* . Germanis eitt  
*Krancker / Steg / Ungesund / Unmögend / Schwacher / Gebrech-*  
*cher.* *Faber & Calepinus in Lexicis* , voce *Æger* , *Morbidus* , *Morbosus* .

§. 3. Expediã in hanc faciem *Homonymiã & synonymiã* , ultimò  
venit *Definitio* . Licet verò in Jure definire periculosum sit , per *l. 202.*  
*ff. de Reg. Jur.* quam cum *Ario Pinell. in Rubr. C. de resc. vendit. c. 3.*  
*§. 27.* tam de *Regula* , quàm *Definitione Logicã* rectè accipio , imò licet

B

hïc

C

larium

hic Medicorum varia acceptio, definitioq; quibus etiam, teste *Panlo Zacchia* in *Quest. Med. Leg. tit. 3. Q. 3. n. 15.* in communi loquendi usu vitii & morbi nomina confunduntur, multum negotii facessat, cum *Galenus* describendo morbum, seu ægritudinem, hæc enim sunt Synonyma, supra §. I. per affectum corporis, qui præter naturam actionem aliquam vitiat, ÆGRUM implicite definit, cujus actiones & operationes corporis præter naturam vitiantur. At *Hippocrates* morbum dicens omne id, quod homini molestiam infert, ÆGRUM simul describit, per illum, cui molestia infertur. Denique alii morbum à contrario finientes per privationem sanitatis, ÆGRUM simul definiunt eum, qui sanitate privatus, der franc / schwach und unvermügen / attamen, relictis Medicorum tribunali suis regulis atque decretis, ego magis, licet paucis, juxta *Jctorum* regulas, usumq; fori finio ÆGRUM, qui tam perpetuâ, quam temporali laborat imbecillitate, justam corporis operationem, cujus causâ nobis natura sanitatem dedit, ledente, propter quam ne suis quidem negotiis interesse potest, arg. §. 7. *Inst. de exc. tut. l. 1. §. 7. ff. de Ædil. Edict. l. 3. c. Qui morbo se excus. & l. 13. ff. de vacat. & excus. mun. conf. Calvis. aliâs Rahl / spigel & schard. in Lexicis, voce Morbus. juncto Martino Martini in Lexico Philologico, voc. Morbus. & Habnio in Notis ad Wesemb. tit. de Edict. Ædil. n. 3. vers. Ajunt Ædiles. Peretz. in Cod. dict. tit. Qui morbo se excus. num. 1.*

## CAP. III.

## DE DIVISIONE ET SPECIEBUS ÆGRORUM.

## CONSPECTUS.

1. Divisio rem quamvis dilucidam facit, juxta hanc ÆGER (I) vel est perpetuus, vel temporarius.
2. Vel majoris, seu vehementioris; vel minoris & levioris morbi, subjectis utriusque Speciebus.
3. Divisio ægri secundum suas qualitates multum utilitatis habet (1) in Ædil. Edicto. (2) in Lege Aquilia, (3) in Lege Falcidia, (4) in Institutione donationum.
4. Quoties dubitatur, qualis sit morbus, Judicis arbitrium expectandum est.
5. Ægrorum nomine non veniunt senes, multò minùs mulieres prægnantes.

§. I.

lib.

§. 1. Evolutâ Definitione, succedit D I V I S I O, quâ tanto minus omittenda, quo secundum illud *Ataliatæ in synopsi tit. 3. rem évord-venov* & dilucidam reddit. Est verò, missâ illâ, secundum quam *alius* est corpore tantum, *alius animo* tantum *ager*, cujus species sunt infinitæ, nec hujus loci, vide interim, si lubet, *Martinum Martinii in Lexico Philologico* voce *morbus*. Summa, eaq; prima Æ G R I divisio, ut hîc accipitur de corpore tali tantum, aut corpore & animo simul, quod sit vel PERPETUO TALIS, vel TEMPORARIUS; PERPETUO TALIS, in quo nulla spes est sanitatis, L. 22. §. 7. ff. *solut. matr. L. pen. ff. de vac. & excus. mun.* & qui perpetuò impeditur, ita, ut ne suis quidem rebus superesse possit, unde differt ab eo, qui *sontico morbo*, de quo paulò post, fatigatur, quandoquidem morbus poterit esse *sonticus*, non tamen perpetuus, *spigel. Calvinus & schard. in Lexicis Jur. voc. morbus perpetuus*, conf. *Peretz. dict. loc.* TEMPORARIE TALIS, in quo valetudinis spes est, *Peretz. dict. loc.* & qui tempore finitur, *arg. L. ult. ff. de Ædil. Edict.*

§. 2. Porro dividitur Æ G E R, ut vel sit *majoris*, seu *vehementioris*, quem comitalem dicunt, *spigel in Lex. Jurid. è Budæo*, vel *minoris*, seu *levioris morbi*; ad illum, quamvis gravissimos morbos discernere propè stultitia sit, dum suus cuique ad præsens quisque atrocissimus videtur, *Plinius naturalis Historia lib. 25. c. 3.* In collatione ad alios remissiores spectat (1) *sonticus*, qui ab obsoleto verbo *sontire*, id est, graviter nocere, sic dictus, rebus, negotiisq; agendis maximè obest ac nocet, inciditq; in hominem, postquam is natus est, *l. fin. §. 1. ff. de Ædil. Edict.* ibi: *Postquam is natus sit*, pro quo malè legunt *Contius, Charondas & Brecheus* sanatus sit, vid. *Godd. ad l. 113. ff. de v. s. n. 3.* qui ut perpetuò nocet; *Festus lib. 9. & Brech. in l. morbus. ff. de v. s. ita* cuique rei gerendæ impedimentum injicit, *d. l. 113. ff. de v. s. l. 4. §. pen. l. fin. ff. de Ædil. Edict. l. 46. ff. de jud. l. 60. ff. de re jud.* (2) *Articularis*, l. 2. c. *qui morbo se excusant*, ubi pro *auricularis* rectius legitur *articularis*, secundum l. 18. §. 11. ff. *de mun. & honor. & Glossam*, quæ non intelligit morbum, per quem auditus læditur, utpote, qui non præstat excusationem, *leg. fin. ff. de legit. tut.* sed talem morbum, per quem totum corpus debilitatur, Græcis *ἀρθρίτις*, Germanis *die reißende Sicht / das Reißen der Ellieder / qui vehementior longè est Podagrico,*

B 2

dagrigo,

C

larium

diagrigo, Peretz. in Cod. dict. loc. n. 2. (3) Capitalis, quem pestifero opponit Cic. Philipp. 4. Græcis κεφαλαλγία, Germanis Haupte weh. (4) Calculi à stillicidio vesica, des Blasen Steins. (5) Stomachi. (6) Podagricus intensior, propter quem ne suis quidem rebus quis superesse potest, l. 3. C. qui morbo se excus. ibiq; Bartol. qui olim incurabilis habebatur, juxta illud Ovidii 3. de Ponto:

*Tollere nodosam nescit medicina podagram.*

at hodiè Medicorum ope sanabilis creditur, licet vehementissimos ut olim, sic hodiè adhuc cieat cruciatus è superfluo pedum humore, eorumq; imbecillitate ortos, ob quos *servius Clodius Eques Romanus* veneno crura perunxit, & post tam sensu, quam dolore hujus partis caruit, *Plin. dict. l. 25. Nat. Hist. cap. 3. in fin.* (7) Cœcitatís, surditatis, mutitatis, liceat *ὀνομασποισίiv*, Delirii, seu Dementia & Furoris. *Hahn. in Not. ad Wesemb. de Ædil. Edict. n. 6. alteriusve grauioris,* ut Lepre, Paralysis, magna febris, &c. ob quem aliquis rebus suis interesse nequit, vel, unde plerisque dicitur æger, aut suis, aut alienis vitæ muneribus rectè defungi. *Peretz. dict. loc. n. 2. Ad hunc refertur Lippitudo levis, dentium, auriculæve dolor, febricula, l. 4. in fin. ff. de Ædil. Edict. Zœs. ad Dig. tit. de Edict. Ædil. n. 4. Item quartana inuenerata, l. questum. in fin. ff. de re judic. vulnusculum modicum, l. 1. §. 8. l. 20. §. 2. ff. de Ædil. Edict. Hahn in Not. ad Wes. dict. loc. n. 6. Tarditas audiendi, die Hartshörtigkeit / aut loquendi, cine schwere Zung / oder Sprachl aliarve modica debilitas. Conser l. fin. ff. de legit. tutor. ibi: minus autem audiens. Zœs. dict. loc. Peretz. dict. loc. & Bart. in l. 3. C. Qui morbo se excusant. junctâ additione ibidem.*

§. 3. Hæc ultima divisio non parum in Jure habet utilitatis, nam quoad *Ædil. Edictum* ostenditur, quis morbus ibi attendatur, nempe fonticus perpetuò nocens, non temporalis, l. fin. §. ult. ff. de Ædil. Edict. In *Lege Aquilia* pandit viam ad inquirendum, num ita nocens seruo, vel animali morbus contigerit, ut ei propterea percellio mortifera esse potuerit, l. 7. §. sed si quis seruum. ff. ad L. Aquil. an infirmitas tanta fuerit, ut culpâ non potuerit carere, imò in hac lege juxta hanc divisionem occisus consideratur, quanti unquam plurimi: Quare si occisus toto anno retrò ægrotus fuit, attenditur, morbusne aliquando haud fonticus fuerit, puta, quòd ab initio fortè, vel medio tempore

tempore levi affectus sit febriculâ, ad eôq; rebus omnibus agendis negotiisq; aptus, ita ut longè carius quàm pôst, vel antè venire potuerit. In *Lege Falcidia* non à falce, quasi in legatis & fideicommissis laxam legandi & fideicommittendi licentiam præciderit, sed à *P. Falcidio Tribuno Plebis* sic dictâ, hanc regulam suâ virtute producit, quòd sc. tantum sint æstimandi manumissi, tantumq; pretii deducendum, quanti, si serui mansissent, tunc, cùm manumitterentur, vendi potuissent. Denique in *Insinuatione Donationum* idem ipsum observandum innuit, si sc. mancipium unum, alterumve morbosum sit, quæ summam diminuant, computationem ineundam esse, quanti valeant, interimq; donationem non minùs valere, confer *Godd. ad leg. 113. de v. s.*

§. 4. Quia verò sæpiùs oritur dubitatio, an *morbis* sit *perpetuus*, an *temporarius*, an *gravis*, an *levis*, quâ ratione, vel per quem hoc casu decisio fieri possit, post hæc præsentî capite non incongruè quaritur. Sunt, qui dicunt: Hanc decisionem sumendam esse ab *infirmi- tate*, per quam aliquis contra naturam laborat. Sunt alii, qui eam ponunt in *intensiori aliquo morbo*, veluti *febre acutâ & simili*. Verùm longè tutiùs pendebit decisio è *Judicis arbitrio*, qui eos censebit, *valetudinarios & egros*, seu morbo *perpetuo*, vel *fortico laborantes*, qui malo corporis habitu, effectûq; sæpiùs malè valent, atq; ita frequenter egrotant. *Jacob. Menoch. de A. F. Q. lib. 2. cent. 1. cas. 60. n. 14. Socin. sen. Conf. 244. Col. 4. lib. 2. Abb. in cap. Quoniam frequenter. col. 4. vers. 3.*

§. 5. Ultimò observandum, inter *egros*, seu *valetudinarios* minùs rectè referri (1) *senes*, licet enim *Comicus* senectutem dicat esse morbum, imò *M. Tullius* in *Oratore* de *Q. Mutio* loquens, & ille, inquit, *senectutis morbus non equidem incidens est & transiens*, sed magis notanter *Tacitus* 13. *Ann. merito*, inquit, *cruciatu* *egre senectæ excusationem præstat*, attamen verè *infirmi* non sunt, *Rebuff. in Prax. Benef. tit. de infirmis resignantibus. Glos. 2. n. 13. Alciat. de Præs. Reg. 1. præ- ale*. Quandoquidem *invaletudo*, seu *infirmi- tas* est habitus cujuscun- que corporis contra naturam, l. 1. §. 7. ff. de *Ædil. Edict.* qui sanè habitus non est in *senectute*, utpote quæ à natura est & secundum eam, c. 1. §. *sin autem. Episcopus de clericis egrot. in 6.* Atque hæc sententia perpetuò vera est, nec exceptionem patitur, nisi in *senè jam de ponte-*

B 3

dejeci-

C

larium

dejiciendo, id est, qui tam gravi senio confectus, ut negotio, de quo agitur, superesse non possit, confer. *l. civitatibus. pr. de Legat. 1. & l. 2. §. Quem ita senio. ff. de vacat. mun.* (1) *Mulieres pregnantēs, seu gravidum uterum ferentes, etsi enim hoc nonnulli probare enitantur, & l. 2. §. Non propter. 4. ff. si quis cant. et. l. in viti. ff. de testibus, tamen recte Felinus in cap. Quoniam frequenter. n. 6. X. ut lit. non contestat. id negat, quia d. §. 4. differentiam agnoscit inter prægnantem & valetudinariam, in verbis: si non propter valetudinem mulier non steterit iudicio, sed quod gravida erat &c. imò naturâ potiùs ad partum, & gestationem uteri fertur, notantè Claudiano hoc versu:*

*Nascitur ad partum mulier prolemq; futuram.*

Quâ de causâ Næmi vidua ingens ad memoriam posteritatis continentia & castitatis exemplum detrectabat matrimonium iteratum, seu secunda vota, *Ruthe cap. 1. v. 12. in verbis juxta versionem latinam Tremellii & Junii: Nam senior sum, quàm ut nubam, seu ut habet vernacula Megalandri nostri Latheri: Denn ich bin nun zu alt / daß ich einen Mann nehme/ advertens, ut subsequencia arguunt, nullam sibi procreandæ sobolis spem superesse, ad quam tamen generandam mulieres potissimum nata. Valetudinarius verò hujusmodi affectum contra naturam sentit. Menoch. dict. loc. n. 6.*

#### CAP. IV.

### DE PRIVILEGIIS ÆGRORUM.

#### CONSPECTUS.

1. Privilegiorum divisio remissivè exponitur, additurq; quòd Ægrorum privilegia sint merè personalia.
2. Privilegia Ægrorum referunt se ad conditionem morborum, cumq; iis æqualem habent durationem.
3. Varia Ægrorum beneficia seu Privilegia generalia triginta duo in ordine traduntur.
4. Morbi graviores, ut Epilepsia, Podagra, Defectus articularum, quænam tribuant privilegia.
5. Morbi fontici septem in ordine beneficia.
6. Morbi articularis, lepræ, paralytis quatuor beneficia.
7. Podagra magna quod beneficium tribuat,
8. Cæcitatatis beneficia.

9. Sardi-

lib.

9. Surditas &amp; Mutitas, quæ conferant beneficia,

10. Furoris beneficia decem,

11. Magnæ febris effectus.

12. Morbi temporalis tria beneficia,

## §. 1.

POST absolutam strictâ brevitate Ægrorum Divisionem, jam inoffenso pede, dum hæc nobis ulterius progrediendi viam aperuit, pergitur ad ipsa PRIVILEGIA, quæ utut aliàs variè à Jctis dispescuntur, nempe in *Realia & Personalia*, in *Gratiosa & Remunerativa*, *Conventionalia & Pura*, *Perpetua & Temporalia*, *Affirmativa & Negativa*, *scripta & Non-scripta*, *Referentia & Absoluta*, de quibus videas *Habu. in Not. ad Wesemb. tit. de Const. Princ. n. 2. v. planè ex his quædam sunt Personales. Frantz. ad Dig. dict. tit. n. 35. & seqq. Frider. Bockelmann. Exerc. Pand. 3. d. tit. th. 17. & seq. Curie d. h. c. 3. per 307. mihi tamen hæc sunt unius generis, nempe Personalia, quandoquidem personis, scil. ÆGRIS, immediatè inhærent, neque illos, licet certâ consideratione personalia quoque in hæredes transeant, de quo confulas *Tiraq. in l. si unquam. verbis: Donatione largitus. n. 14. C. de Rev. Don. & Barbos. Ax. lib. 14. c. 33. ax. 27. Struv. ad Pand. tit. de const. Princ. th. 29. unquam egrediuntur, aut ad hæredes pertinent, sed cum his ipsis expirant. arg. l. 1. ff. de const. Princ. & l. 196. D. de R. 3. ibiq. Philipp. Matth. remisit ad l. 68. eod.**

§. 2. Prout verò ÆGER vel est *perpetuò talis*, vel *temporariè*, ut *majoris*, vel *levioris morbi*; ita quoque sese habent privilegia. Qui *perpetuò ægitudine*, aut *morbo vexantur*, perpetuo gaudent vacationis à muneribus, vel alio suis partibus favorabili privilegio; Qui *temporariè*, temporario, nolunt enim leges quempiam obligare ad id, quod fieri nequit, seu impossibile, *l. 35. ff. de v. o. l. 8. c. de contr. & committ. stip.* Qui autem ob morbum, seu ægitudinem suis rebus superesse non potest, si in alienis obstringi vellet, ad id certè obligaretur, quod fieri non posset, atque hinc, si morbus est perpetuus, perpetuum, si temporalis, temporale concedunt privilegium, confer *Peretz. in C. lib. 10. tit. Qui morbo se excusant. num. 1.*

§. 3. Ut per exempla eam, in genere ÆGER, seu VALETUDINARIUS (1) hoc gaudet privilegio, ut, si *perpetuò in valetudine laboret*,

ret, quã impar redditur ferendo oneri alieno, dum suis satis premitur negotiis, nec illis quidem satisfacit, veluti *perpetuo furiosus, mutus, surdus, coecus*, utroque sc. oculo orbus, secus si uno, *Barr. in l. i. c. qui morbo se exc. aliove morbo perpetuo detentus*, non à suscipienda saltem tutela, verùm etiam suscepta, licet aliàs munus publicum sit, quod nemo subterfugere valet, excusationem habeat, *dict. l. i. c. qui morbo, l. 44. ff. de excus. tut. Manzin. de tutel. q. 7. n. 13. Heig. ad §. sed & propter paupertatem. Inst. de tutel. Si temporali ad tempus, d. l. i. c. qui morbo se exc. ibiq. Anthou. Peretz. n. 1. l. 10. §. ult. ff. de excus. tut. in cujus locum interim curator datur, prout etiam illis, qui hujus generis impedimentis implicantur, durante tutelâ curator substituitur, imò hi, qui, delatâ tutelâ, in morbum fortè perpetuum incidunt, in curatorem quandoque, vel actorem onus suum transferre non prohibentur, §. fin. Inst. de Curator. Manzin. dict. loc. Heig. d. l. Rittershus. comm. Inst. de excus. tutor. §. Item propter adversam valetudinem. (2) Clericus propter morbum munus exsequi impeditus, coadjutorem accipiat, quo vicario ipse quasi officio fungitur. *tot. tit. de Clerico aegrotante.* (3) Testis postulatus id privilegii habeat, ut ante litem contestatam examine- tur. (4) At constitutus in infirmitate ad æternam rei memoriam citius, quàm in processu necessum, deponat, *Menoch. de A. 3. Q. lib. 2. cent. 1. cas. 60. n. 11.* (5) Inventus nunquam cogatur ad dicendum testimonium extra domum suam, *l. inviti. ff. de testibus. Bach. ad Treuth. vol. 2. Disp. 5. th. 7. lit. D. & Hahn. in Nov. ad Wesemb. tit. de test. n. 3.* (6) Ad Judicem ire non compellatur, ut jusjurandum subeat, sed ei ad domum transmittatur, *l. ad personas. 15. ff. de Jurejur.* (7) Documenta in Judicio producta domi recognoscat, eoq; producentis & recognitionem postulantis sumptibus mittenda sint, *arg. d. l. 15. de Jurejur. Carpz. pr. for. part. 1. const. 17. Defin. 17. num. 7.* (8) Servus ægrotus, servave à Domino expositi, nec alteri cuiquam quoad curam corporis commendati, reconvallescentes libertatem mereantur, ita, ut illicò liberi fiant, & cives Romani, juxta *l. unic. §. 3. c. de lat. libert. toll. l. 2. ff. Qui sin. man. ad lib. perv. l. fin. c. de bon. libert. Nov. 17. & 145. quod secus est, si in Judicio à Domino fuerint relictì, l. 13. ff. de statu homin. Rittershus. ad Nov. p. 12. c. 15. n. 9.* (9) Ex adverso servus libertate donatus Dominum ægrum in langvore deserens, nullamve*

ejus

lib.

DISSERTATIO.

25

Infl. de her. qual. & diff. fol. 201. (6) Furiosus per servum quoque

DISSERTATIO.

17

eius curam habens in servitutem revocetur, l. 6. §. 1. ff. de agnosc. & a-  
 lend. lib. (10) Ager cum aliis privilegiatis concurrens iis præferatur,  
 Peregrin. de Jur. Fisc. lib. 6. tit. 6. num. 39. (11) Semel talis agnitus  
 semper præsumatur infirmus, donec contrarium probetur, Alex. in l.  
 9. Cod. Qui testam. fac. post. col. 2. pr. post n. 3. (12) Egrotus ob virium  
 defectum, corporisq; debilitatem, è qua mors certò videtur imminere,  
 ex eo, quòd omnis ulterioris cruciatus sit impatiens, non penatur in-  
 tormentis, arg. l. 7. ff. de Quæst. l. 1. l. 2. ff. de scro syl. licet terreri  
 queat, l. 1. §. 33. dict. tit. de scro syl. Imò, si vitæ periculum præsens  
 non sit, mitius tamen in tortura tractetur. P. H. G. D. art. 59. ibi:  
 So der Beklagte gefährliche Wunden / oder andere Schaden an seinem  
 Leibe hätte / so soll die peinliche Frage dermassen gegen ihn vorgenommen  
 werden / damit er an solchen Wunden oder Schaden am wenigsten ver-  
 leget werde / ubi Matth. steph. in Not. adde Bocer. de Quæst. & Tortur.  
 n. 2. & 23. (13) Egro gravi morbo decumbenti pœna corporalis, ut  
 fustigationis, remittatur, facillè curabili, differatur, donec convalue-  
 rit, Carpz. Prax. Crim. p. 3. q. 137. n. 31. & q. 144. n. 53. (14) Ager  
 adoptandi Jus habeat, ut & manumittendi, l. 15. §. 2. ff. de Adopt. zœf.  
 ad Dig. lib. 1. dict. tit. n. 8. (15) Egroti homicidium spoliè causà fa-  
 ctum rotæ supplicio, per famem & inediam, aliòve modo è culpa & ne-  
 gligentia dolosè illatum homicidii, citra dolum arbitraria carceris, vel  
 relegationis vindicetur. Carpz. prax. for. part. 4. const. 5. Def. 1. 2. &  
 3. (16) Licet Jure Lubecensi in contrahentibus, donantibus, & alienan-  
 tibus sanum corpus requiratur, lib. 1. tit. 9. art. 2. ibi: Soferne er so  
 mächteig ist / als dieser Stade Rechte mit sich bringet / & ibid. tit. 10. art. 3.  
 in verb: Doch soferne er zu Wege und Siege gehet / und seiner Stime  
 und Gliedmassen mächteig ist / Jure communi tamen, de quo videas l. 16.  
 C. de Donat. & l. 27. C. de Transact. moribusq; Pomeraniæ civitatum,  
 ubi etiam Jus Lubecense est receptum, è gravi morbo lecto affixi do-  
 nare sua, vel alienare, transigere, seq; obligare non prohibeantur, nec  
 unquam celebratæ eorum donationes, vel alienationes, contractus,  
 aut transactiones, præterquam cum Medico, l. 3. ff. de extraord. cognit.  
 ob id rescindantur, modò in sano corpore sana mens sit, Merv. ad Jus  
 Lub. dict. lib. 1. tit. 10. art. 3. n. 14. Richter. ad d. l. 27. C. de Transact.  
 n. 13. (17) Servo ægro ob valetudinem servire impedito istius anni sa-  
 larium

C

ret, quâ impar redditur ferendo oneri alieno, dum suis satis premitur

larium non minuatur, sed valetudo impuretur anno, l. 4. §. 5. ibi: *seruire enim nobis intelliguntur etiam hi, quos curamus egros, qui cupientes seruire propter adversam valetudinem impediuntur.* ff. de stat. lib. (18) Pari ratione ei, qui ad annum fortè operas certi artificii locavit, at temporis alicujus interjectu adversâ valetudine impeditus eas præstare haud potuit, nihil mercedis detrahatur, ne ad afflictionem corporis accedat afflictio rei familiaris, confer. *dict. l. 4. §. 5. ff. de stat. liber. l. ult. §. pen. ad L. Rhod. de jact. junct. l. 19. §. ult. C. l. 38. ff. locati.* Nec minùs (19) Professores valetudinarii, ut & Advocati integra sua accipiunt salaria, quando sine illorum culpa labor cessavit, nec per eos stetit, quò minùs absolveretur, arg. l. 38. ff. locat. & cap. *Quamvis triste.* 8. gv. 1. ibiq; Archidiaconum eorum, quâ habent *Fr. Pheil. Cent. 1. Resp. 54. cum ibi allegatis, & Matth. steph. de Juris dict. lib. 3. part. 2. cap. 3. n. 51.* Quemadmodum senio confecti, & ne quidem per substitutum legentes integrum capiunt salarium, nec ob id remouentur, aut dimituntur, *dict. cap. Quamvis triste. & cap. 1. de Paroch.* imò ante finem anni morientes totum salarium ad hæredes æque ut Advocati prorogatum, aut præacceptum transmittunt, arg. l. 1. §. *Dirus.* ff. de extra. ord. cognit. ibiq; *Zoes. n. 3. C. legis properandum. §. 9. versu honorariis. C. de Judicis specul. in tit. de salar. per dict. §. Dirus.* (20) Consiliarii & Officiales Principum idem ex ægritudine ac senio mereantur beneficium, suiq; officii privilegiis pariter fruantur, ac si illud implevissent, per l. *Lucius.* ibi: *Veteranis in premium.* ff. de Evictionibus. *Bart. in l. 4. C. de Agent. in reb.* (21) Legatus in suscepta sua expeditione morbo correptus, ex eoq; vel decumbens, vel paululum respirans suis ubique gaudeat privilegiis, donec revertatur, resus à suo Principali omnibus expensis, quas in curationem fecit, *Bart. in l. 38. §. 1. ff. Ex quib. caus. majores.* (22) Vasallus propter adversam valetudinem, quâ causante ne suis quidem rebus superesse potest, arg. l. *pen. ff. de re judic. l. 2. §. pen. ad scutum sylan. l. 2. C. qui morbo se excus.* et si quidem non in totum à servitiis feudisticis habet vacationem, eo tamen donetur privilegio, quòd per substitutum servire queat, *Camer. in §. Firmiter. 2. Feud. 55. Ifern. & Laud. ibid.* adedq; à personali servitio excusetur, eò quòd eorum opera nullæ sint, perinde ut infantis, censente *Pomponio in l. 12. §. 3. ff. de usufruct. & sufficiat, si substitutum*

## DISSERTATIO.

19

cutum dent, qui morbo, vel senio præpediuntur, l. 1. in fin. c. de Præpos. agent. lib. 12. junde l. 2. §. 7. l. 13. princ. ff. de vacat. muner. l. fin. c. qui astate se excus. l. si quis in gravi. pr. ff. ad scutum sylan. l. 15. pr. l. 23. §. 1. l. 34. ff. de op. lib. nec alicujus damno imputari debeat, quod sine ejus culpâ evenit, l. unic. ibi: Per indignum. c. de cad. toll. Sicuti etiam in actu prælii, ubi Dominum deserens aliàs Feloniam committit, jam inhabilis factus ad pugnam, puta, quod lethaliter sic vulneratus, vel utraq; brachia, aut unum amiserit, nec solus ejusdem clamor averteado Domini periculo prodest, excusatur tanquam saucius & æger, sonsbeck. de Feud. part. 12. n. 12. clarus §. Feudum. qv. 21. n. 2. adde Comm. meum analyt. in consuet. Feud. lib. 1. tit. 5. §. 8. p. 118. (23) Ægrotus in ipso etiam mortis articulo, ad effectum legitimandi sobolem ex ea susceptam, matrimonium cum concubinâ contrahere possit, arg. l. 6. ff. de lib. & posth. Cravett. conf. 6. n. 57. (24) Morbus adversus, etiam contagiosus post matrimonium contractum alicui obveniens non separet conjunctos, eò quod nihil magis humanum sit, quàm fortuitis casibus mulieris maritum, & contra uxorem viri participem esse, l. 22. §. 8. ff. de salut. mar. cap. Quod ante. 27. quæst. 2. B. Luther. tom. 2. Jen. Germ. de vita conjugali fol. 156. in verbis: *Wle dann / wann jemand ein frances Gemahl hat / das ihm zur Ehelichen Pflicht kein nütze worden ist / mag der nicht ein anders nehmen? Dey Leibe nicht / sondern diene GÖtt in dem Kranken / und warre sein / dencket / daß die GÖtt an ihm hat Heiligthumb in dein Hauß geschicket / junge Gerhard. in loc. de conjug. §. 685. in fin.* (25) Æger, modò articulatè loquatur, Testamenti faciendi potestate polleat, arg. l. 2. ff. qui testam. fac. poss. c. l. 29. Cod. de testament. (26) In obligationibus faciendi, quod in dandi secùs est; neque ad factum, neque interesse, quod aliàs in vicem facti præstandum, teneatur, Bartol. in l. 8. §. 3. ff. de Procur. (27) Æger remittens injuriam in Testamento, vel confessione Sacerdoti factâ, convalescens non excludatur ab actione injuriarum, neve ad interesse pecuniarium ratione damnorum & expensarum, Clarus Recept. sent. §. fin. q. 58. n. 18. Covar. var. Resol. lib. 2. s. 10. n. 3. (28) Ægri, Valetudinarii, vel, ut vocantur in l. un. c. Quando Imp. inter pupillos &c. diuturno morbo fatigati & debiles nequidem è rescripto Principis cogantur extra Provinciam comparere, dict.

ret, quâ impar redditur ferendo oneri alieno, dum suis satis premitur

*leg. un. in verbis: Ne exhibeantur.* licet illi adversarios ad incompetentem Judicem, ad ipsum adeoq; Imperatorem evocare possint, *Pe-  
retz. & Brunnehan, in Cod. dict. tit. (29) Donatarius, Legatarius,  
& quicumque à defuncto lucrum aut successionem sperat, item Vasal-  
lus, si hunc ægrum in curando è latâ, aut levi culpâ neglexerint, dona-  
tione suâ, Legato & successionem, pariter ac Feudo priventur, l. 3. ff. de  
his, que ut indignis. Bartolus ad l. 7. pr. ff. de agnosc. & al. lib. add.  
Comm. meum analyt. p. 123. (30) Uxor ægra, cui Medicum non adhi-  
buit maritus, defuncta postmodum dotem suam ad hæredes transmit-  
eat, nec eam vi statuti, vel pacti lucrifaciat maritus, arg. l. 10. §. 11. ff. so-  
lut. matrim. ibiq; Bartol. & Bald. (31) Ægrum in articulo mortis jam  
constitutum importunâ crediti sui exactione molestans prorsus actione  
cadat, atque infamiâ notetur, *Authent. item qui. ubi Richter. Cod. de  
sepulchro violat. Novellâ 60. cap. 1. (32) Summa nullus actus ob in-  
firmitatem seu ægritudinem efficiatur invalidus, quin potius omnes,  
qui in sanitate, iidem quoque in ægritudine perfici queant. Gomef. ad  
Regul. cancellar. de infirm. Resign. qu. 9. n. 7. princ. Bursatus lib. 1.  
Conf. 40. num. 94.**

§. 4. Species morborum quod attinet, MORBI GRAVIORES  
atque DURABILES, cujusmodi sunt *Epilepsia, Podagra, Defectus ar-  
ticulorum &c.* liberant à gravi carcere delinquentem, licet custodiantur  
in propriis ædibus non effugiat, vid. *Gram. Conf. 55. n. 9. & seqq. Fari-  
nac. Op. crim. lib. 1. titul. 4. q. 33. n. 78. & Carpz. pr. cr. p. 3. q. 111. n. 45.*  
imò etiam pœnæ corporalis afflictivæ, veluti fustigationis, non æquè  
*capitalis*, seu ultimi supplicii remissionem ægrotis operantur; LEVIO-  
RES pœnæ dilationem eousque, donec ad sanitatem redierint, *Carpz.  
Prax. Crim. part. 3. q. 144. n. 52. 53. & 54. ibi: So wird die Gefange-  
ne deswegen / daß sie mit einem Ehemann zu thun gehabt / öffentlich zur  
Strauþen geschlagen / und darauß des Landes ewig verwiesen / es wird a-  
ber mit der execution dieser Straffe in Ruhe gestanden / biß sie wieder zu  
ihrer Gesundheit gelanget / und selbe Straffe an ihr ohn Schaden ihres  
Lebens vollstreckt werden mag. B. N. W. Confer eundem q. 137. n. 31.*

§. 5. Morbi gravioris, seu vehementioris nomine dum recte ve-  
nit SONTICUS, supra cap. 3. quem Græci *Ἰσχυρὸν νόσον* appellant,  
hujus quoque effectus & privilegia hîc proxime observari merentur. :

Efficit

## DISSERTATIO.

21

Efficit ille productiq; (1) hoc privilegium, quod reus ex eo decumbens secus est in actore, quia potuit, imò debuit præmeditari causam suam & instructus venire ad Judicium, *l. 2. c. de Dilat. l. 4. c. de edendo. c. 1. de fid. inst. Panorm. in c. 2. extr. de Dilat.* citatus tam in causa civili, quam criminali, *Wesemb. part. 3. Conf. 112.* emanens justam habeat excusationem à contumacia, *l. 2. §. 3. ff. si quis caution. Jud. sist. causa factis.* ubi *Jason num. 1. leg. 53. §. 3. ff. de re jud. Carpz. Process. Jur. tit. 8. art. 2. §. 3. n. 47. c. 2. X. de Procur.* adeò, ut ne Procuratorem quidem mittere ante contestationem cogatur, præsertim in causa ardua, *cap. si egrotans. §. quæst. 3. c. quærelam. 2. ubi Gl. verb. infirmitate decentus de Procur. Gl. Clem. 1. verb. Fautoribus de foro comp.* qualis est controversia status, vel de rebus magnis & causâ famosâ, *Jason in d. l. 2. si quis caution.* quippe si obstrictus esset mittere Procuratorem, nullum esset ejus privilegium, ut rectè advertit *Jason in dict. l. 2. §. si quis. n. 7. ff. si quis caution. Myns. cent. 4. obs. 58. Wesemb. part. 2. Conf. 97. n. 4. & 5.* (2) Quod invitis etiam partibus litigantibus ob eundem rectè differat causam Judex, *l. 60. ff. de re jud.* Unde *Ulpianus in l. 2. ff. si quis caution. §. si quis Judicio.* hæc refert *Leg. XII. Tabular.* verba: SI JUDEX, VEL LITIGATOR MORBO SONTICO IMPEDIATUR, DIES JUDICII DIFFISSUS ESTO. (3) Nemo comparere, aut litigare cogatur, *dict. leg. 60. de re jud. & l. 2. ff. si quis caution.* (4) Quod si Judex conscius hujusmodi valetudinis confectum tali morbo citet, citatio & processus sit ipso Jure nullus, *Glossa in l. Quæsitum. ff. de re jud. Bart. in l. 7. n. 4. c. Quomodo & quando Judex.* (5) Sententia contra infirmatum à sciente & certificato iudice lata, nullius sit momenti, multo minus transeat in rem judicatam, *dict. l. 60. ff. de re jud. ibiq; Gotofr. in not.* (6) Morbus hic fonticus pro impedimento ad impetrandam restitutionem in integrum allegatus, eo edocto, restitutionem operetur, quandoquidem valetudinis impedimentum justum est, *Mindanus de Mandatis Lib. 2. Meru. part. 2. Dec. 211.* (7) Ob morbum fonticum, qui cuique rei nocet, *L. 101. §. 2. de v. s.* Pastor Ecclesiæ officio suo præesse impeditus salario haud priveretur, ne afflictio addatur afflictio, *Srypman. de salariis cleric. c. 11. n. 126.* quæ de causa optimè dispositum in *Ordnatione Ecclesiastica hujus Provincia pag. 28. fac. 2. §. Wen olde edder franco*

ret, quâ impar redditur ferendo oneri alieno, dum suis satis premitur

et Pastores sine / de dem Caspell edder Karren bet up ehre Oiber und Schwachheit gedenet / das den schal de Christl. milde Hand gerecket / und de Dancbarkeit / so Christen geböret / bewiesen werden. conf. stypm. d. 1.

§. 6. Post hunc MORBUS ARTICULARIS, qui vehementior est longiorq; podagrico, L. 2. C. qui morbo. dum totum debilitat corpus, non sensum aliquem, Bartol. in d. L. 2. tum ELEPHANTIASIS, seu LEPRO, PARALYSIS SCORBUTICA & EPILEPTICA id privilegii habent, (1) quod perpetuo excusent à muneribus personalibus, Peretz. in Cod. d. tit. qui morbo. se exc. (2) Pœnæ corporalis remissionem operentur, Carpz. prax. crim. part. 2. quæst. 144. n. 53. (3) Matrimonium consummatum non dirimant, multo minus divortio locum aperiant, cap. 1. & 2. X. de conjug. Lepros. ubi Panorm. eò quod multa eveniant, propter quæ conjuges coguntur abstinere, licet absque culpa, non tamen absque causa, Beust. de matrim. p. 1. c. 9. nec quicquam humanius sit, vel individuae maris & sceminae conjunctioni magis conveniens, quàm adversæ fortunæ casuumq; fortuitorum illos ex æquo esse participes, L. 8. ff. de his, qui sunt sui, vel alieni juris, lege cum dotem. §. si maritus. ff. soluto matrim. Beza de divort. pag. 90. & 225. Arnif. de Jur. connub. cap. 6. sect. 9. n. 1. & 2. (4) Testamenti factionem non auferant, arg. l. 3. C. qui test. fac. poss. ibiq; Gothofr. lit. O. & Papo 29. Arrest. 7. num. 25.

§. 7. Ab his PODAGRA, id est, pedum morbus & dolor, arg. l. 3. C. qui morbo se excusant. & l. qui tertiana. ff. de Ædil. Edict. ex influente ad pedes humore superfluo, eorundemq; imbecillitate ortus, modò cum inflammatione, modò refrigeratione, nunquam cum tumore, nunc sine eo, Calvinus & Schard. in Lexic. Jur. dict. loc. Intellege MAGNA, per quam in tantum aliquis debilitatur, ut ambulare nequeat, vel suis rebus superesse, personalium munerum vacationem tribuit, d. l. 3. C. qui morbo se excus. ibiq; Barth. in addit. leg. pen. princ. ff. de vacat. muner. Peretz. in Cod. dict. tit. qui morbo se excus. n. 2. Licet ex adverso podagra remissior atque intervalla habens, è qua aliquis quandoque, quandoque non vexatur, nihil ad personalium munerum excusationem proffit, l. 4. l. 13. C. de Decurionib. Bart. & Peretz. dictis locis.

§. 8. Post hæc COECITAS, ex utriusque oculi orbitate contracta,

## DISSERTATIO.

23

tracta, licet non obster, quò minùs quis tam Judex constitui, quàm constitutus & què ac Magistratus, si mentis lumine polleat, manere possit, *l. 6. ff. de Judiciis. l. 1. §. 5. c. de postul. Hunn. ad Treutl. vol. 1. diff. 8. th. 6. lit. B. Duaren. 1. Diff. c. 23. utut reclamat Bachov. ad Treutl. d. l. eò quòd etiam in cæco sit justus atque injustus discretio. Unde Appium Claudium constat utut cæcum publicis Judiciis interfuisse, atque severas dixisse sententias, imò optimos Judices cæcitatè olim optasse, ne respectu personarum moverentur, *Zæf. ad Dig. lib. 5. tit. 1. num. 27.* attamen, si quis nolit hujusmodi muneribus onerari, (1) cuius ab his, ut & aliis personalibus excusationem præstat, *l. 1. c. qui morbo se excus. ibiq; Bart. imprimis quæ opus corporis unà cum consilii opere requirunt, Bart. dict. loc.* (2) Jure Canonico immunitatem à collectis meretur, quia inhumanum est, cæcum collectis affligi, *c. 4. X. de censib. Peretz. in c. d. tit. Qui morbo se excus. n. 2.* (3) Cæcum super aliquo crimine ab alio commisso in testem productum, quod ille videre nequit, tam à simplici interrogatione, quàm quæstione in tormentis liberat, *l. 1. §. cæcus. ff. ad scutum sylan. nisi de eo fortè interrogetur crimine, quod ante cæcitatè contigit, vel nisi vocem crimen patransium notam habuerit, Zanger. de Quæst. & Tort. c. 1. n. 48. Hippol. de Marf. in Rubr. c. de probat. n. 6.* (4) Cùm scribere non possit, conciliat ei licentiam testandi nuncupativè, adhibitis septem testibus & Notario, coram quibus exprimat nomen & dignitatè hæredum, & aliq; indicia omnem ambiguitatè tollentia, secundum formam præscriptam in *l. 8. c. qui testam. facere poss.* (5) Facit quod pater cæcus neglectà formà *l. 8. d. tit. inter liberos validè testari possit, per l. 31. §. Ex imperfecto. c. de Testamentis.* tum ob commiserationem cæci, quàm mori Germani dicunt, *ein blind Mann ein arm Mann* / tum favorem liberorum ipsius, in quibus idem favor militat, nisi major, qui in liberis videntis, *Clarus in §. testamentum. q. 17. n. 2. in fin.**

§. 9. Porro SURDITAS & MUTITAS, ut ajunt, simultaneas, morbo contracta, naturà enim talis, è qua quis mentis impos habetur, *Peretz. in c. lib. 6. tit. 22. n. 5.* impedit, ut quis Testamentum facere, aut Codicillos, aut fideicommissum relinquere, vel mortis causà donare queat. (1) Licentiam facit testandi, multò magis, si affectus hi sint discreti, id est, *surdus quis sit tantùm, aut mutus tantùm, l. 10. c. qui test.*

ret, quã impar redditur ferendo oneri alieno, dum suis satis premitur

## DE JURE ÆGRORUM

24

rest. fac. post. ibiq; scharodus, id quod etiam obtinet in milite muto, aut surdo calu facto, l. 4. ff. de testam. milit. conf. Discursum meum de jure arm. cap. 11. §. 4. p. 182. (2) In utroque tam naturã tali, quã ex accidenti, modò sint sanx mentis, conciliat è LL. beneficio potestatem & contrahendi & donandi inter vivos & matrimoniam ineundi, cap. quod locum. X. de sponsalibus. B. Lucher. in lib. vom ewigen Leben / in verbis: Daß es faule lahme Zoren seyn / daß ein Blinder und Stummer solte nicht zur Ehe greiffen mögen. scharod. in c. ad l. 10. qui test. fac. post. n. 5. Peretz. d. l. (3) Liberat mutum & surdum scribendi nescium & naturã talem ab interrogatione sub tormentis, quia nulla ab eo expectanda confessio, Zanger. de Quest. & Tortur. c. 1. n. 44. Bocer. de Tortur. c. 4. n. 16. quod secus est, si scribere queat uterque, Zanger. d. l. c. 4. n. 46. Carpz. pr. crim. q. 118. n. 22. & 23. (4) Excusat à militia, tam ubi colligendus est miles, & quis jam tum surdus est, quã si lectus surditate, aut mutitate, ut sic loquar, laborare ceperit. l. 4. ff. de test. mil. c. unic. §. Mutus. X. de Episc. vel Abbat. junge Discurs. meum de jure arm. c. 7. §. 3. p. 94. Plura de muto & surdo vide in Comment. meo analyt. in Consuet. Feud. l. 1. tit. 1. pr. §. 11. p. 48.

§. 10. Nec minùs FUROR è morbo corporis penetrante ad animam contractus, qui accidere solet Февѣтнхъ in febrì, l. 1. §. Interdum. ff. de Ædil. Edict. quiq; morbus dicitur, seu adversa valetudo, in l. 2. §. Idem est. ff. si quis caution. & c. cum eo enim, qui citra febrim è cerebri intemperie læsã rationis parte præcipua existit, & vel Mania est, vel Dementia per se commiserationem merita, nihil hoc loco nobis est commercii, his juvatur beneficiis: (1) Quòd in eum non cadat delictum ingratiitudinis, l. 22. §. 7. ff. solut. matrim. l. 40. ff. de R. 7. nec ob id possit exhæredari. Richt. vol. 1. c. 4. Conf. 8. n. 6. (2) Quòd hæres sit absque ullo facto sine cretione, aditione, gestione, etiam ante apertum Testamentum, l. 3. §. fin. de hered. instit. (3) Transmittat hæreditatem in furore decedens, Cujac. in rec. solemn. ad l. 1. §. 2. ff. de bon. post. q. 2. fol. 930. col. 2. per l. 8. c. de suis & legit. (4) Si sui Juris sit, vivo patre nihilominùs suus censeatur heres, l. 7. §. 2. & l. fin. c. de curat. furios. (5) Non saltem descendentes, verùm etiam ascendentes furiosi fruantur successione, ita tamen, ut generalis bonorum possessio detur furiosi nomine, l. 68. ff. de acqu. hered. Giphon. ad pr. Inst.

*Inst. de her. qual. & diff. fol. 201.* (6) Furiosus per servum quoque acquirat possessionem & hereditatem, *l. 1. §. 5. ff. de acq. vel amitt. poss. l. 63. ff. de acq. vel omitt. hered.* Imò & servus furiosus hereditatem acquirat, quando necessarius Domini hæres existit, *d. l. 63. Hovrens. ad pr. Inst. de hered. qual. & diff. fol. 193.* (7) Relinquenda sit filio furioso majorenni legitima, *l. 9. c. de impub. & al. substit. ibiq. s. ichard. n. 7. Franc. Raguellus ib. fol. 445.* (8) Post contractum matrimonium superveniens illud non separet, aut infirmet, arg. *l. consensu. c. de repud. l. 8. ff. de spons. l. 22. §. si matrimonium. ff. solut. matrim. c. quod proposuisti. c. requisivisti. 33. q. 1. c. hi qui. cap. usque furiosus. 32. qv. 7. c. 1. & 2. ibiq. Panorm. de Conjug. leprof. Beust. de matrim. part. 2. c. 9.* prout nec mitior rescindit sponsalia, *Carpz. Jurispr. Const. l. 2. tit. 10. Def. 182. n. 5.* (9) Furor unius conjugis alteri adulteranti poenæ mitigationem promereatur, ita ut ordinaria in extraordinariam fustigationis, vel relegationis mutetur, *Carpz. pr. crim. p. 2. q. 61. n. 36. 27. & seq. usque ad n. 42.* (10) Ab omni planè poenâ liberet tam in delicto ante furorem, quàm post illud contractum commisso, *l. infans. ff. ad L. Corn. de sic. l. 9. §. 2. ff. ad L. Pomp. de par. l. 14. ff. de officio Presid. Prosp. Farin. p. 1. Oper. crim. q. 92. n. 1. & 46.* ubi tamen in furorem delinquentis accuratè prius inquirendum per Medicos peritos & Chirurgos, quàm poena remittatur. *P. D. G. D. art. 179. Richter. Const. 98. n. 4. vol. 2.*

§. II. Tandem MAGNA FEBRIS, sic à fervore dicta, quæ veluti motu corporis contra naturam nihil magis impedimento est, *l. 60. ff. de re jud. excusat.* (1) ne quis in Judicio comparere teneatur, *d. l. 60. de re jud.* (2) Dum morbi fontici nomine venit & gravioris, generaliter legitimum semper & ubique facit impedimentum, *d. l. 60. ubi Bart. de re jud. & Calvinus, aliàs Rahl in Lexico Jurid. voc. Febris.* præsertim tertiana & quartana recens, è qua nemo rectè sanus dicitur in *l. 53. ff. de Edil. Edict.* Dico recens, nam inveterata excusatores requirit. *Bart. in dict. leg. 53. Calv. & schara. in Lexicis, voce Febris.*

§. 12. Ad ultimum MORBUS TEMPORALIS, aut LEVIS, veluti lippitudo levis, febricula & quartana inveterata, vel similis, de quibus supra cap. 3. §. 2. Quo non obstante sæpè domi negotia sua quis expedire potest, etsi non æquale cum morbo graviori, vel perpetuo

D

tuo

I E N A E,

REC. PER IO. BERNARDVM HELLERVM, 1743.

tuo sortitur privilegium, non omni tamen omninò legum beneficio destituitur, siquidem (1) excusat à militia, *Rosentb. de Feud. cap. 8. in additionibus lit. K.* quippe necessitati parendum est, ne injungatur munus, quod obiri nequit sine gravi incommodo ejus, cui imponitur, & damno Reip. (2) In delictis operatur dilationem poenæ, *Carpzov. Pr. Crim. p. 3. q. 144. n. 53.* (3) Facit, ut quis censeatur munere suo fungi, utut adversà valetudine impeditur, arg. l. 4. §. 5. ff. de statu liberis. *Stypman. de salar. cler. c. 1. n. 324.*

## CAP. V.

DE CAUSA EFFICIENTE, FINE  
ET EFFECTU HORUM PRIVILEGIORUM.

## CONSPECTUS.

1. Causa efficiens horum Privilegiorum proponitur, quæ est summus in Republica Princeps, & potestas territorialis.
2. Causa finalis constituitur Favor & Commiseratio Ægrorum.
3. Effectus horum Privilegiorum triplex enarratur.

## §. I.

Cognitis superiori capite ipsis Privilegiis ÆGRORUM, quantum illa & enarrare volupe fuit, & diversis è locis colligere datum, nunc pernoscere juvat *Causam efficientem, finalem, ipsum denique Effectum.* CAUSA EFFICIENS est voluntas legislatoris, & quidem illius, penes quem est τὸ κύριον; Hic in *statu Monarchico* omnium optimo est PRINCEPS, in *Aristocratico* OPTIMATES, in *Democratico* POPULUS, *Joh. Frid. Bockelm. d. l. tb. 30. junctà Dissp. 4. tb. 19.* Quippe in liberà etiam Rep. Populus sæpè aliquem legum nexu eximebat, ut videre est in Q. Fabio Maximo, *Liv. lib. 10. c. 13.* & C. Valerio Flacco flamine Diali, *idem lib. 31. c. ult. sub. Dissert. 1. Inst. apbor. 92.* neque LL. XII. Tabul. per verba: PRIVILEGIA NE IRROGANTO, omnia ad unum vetita erant, sed ea tantùm, quæ singulas concernebant personas, non quæ certo generi personarum indulgentur, ut *pupillis, minoribus, ægrotis, mulieribus, militibus, similibus* q̄, *Cujac. lib. 15. obs. 8. Frantz. ad Dig. tit. de const. Princ. n. 30. Rittershus. in tract. Dodecaeditos class. 2. c. 2. Reimb. Curike d. l. c. 2. p. 176.* Hodie  
in

possessio detur furiosi nomine, l. 63. ff. de acqu. hereda. *Gibbon. ad pr. Inst.*

in S. R. Imp. est *Imperator*, qui solus sine Statuum consensu privilegia concedit, modò non respiciant Jura Statibus communicata, quo casu ab his confirmanda, *Carpz. ad L. R. G. cap. 13. sect. 8. n. 15.* Nec non in suis territoriis *Principes*, utpote in quibus eadem sublimitate pollent, quã *Imperator* in toto Romano Imperio, juxta illud tritissimum Publicistarum axioma: *Ein jeder Fürst ist Kaiser in seinem Lande*, de quo videas *Martin. Mager. de Advoc. arm. c. 6. n. 28. Gail. de pac. publ. lib. 1. c. 6. n. 10. Reink. de Reg. sec. & Eccl. lib. 1. cl. 5. c. 6. n. 1. & seq. Sobrad. de Feud. 2. p. 9. pr. sect. 10. n. 36. Richter. Tract. de Adverb. signific. adverbio 17. clementer. p. 86.* interim haud incuriosus limitatio- num, quas afferunt *Christoph. Besold. Disp. Pol. 9. de Stat. Reip. subalt. cl. 1. rh. 3. 6. & 7. Rosentb. de Feud. c. 5. concl. 13. n. 4. Limn. de Jur. publ. lib. 4. c. 8. n. 9. & Reink. dict. loc. n. 57. cum seqq.*

§. 2. *Causa finalis* facillè apparet, nempe ut *succurratur infirmis*, seu *valetudinariis & aegrotis*, quò nec sibi met ipsis, nec aliis detrimen- to sint, arg. *l. id. juris. ff. ad L. Aquil. vel muneribus*, quèis impares longè, præter corporis imbecillitatem pressi, ipsi *Reip.* obsint, cujus intuitu *Ulpianus* *Præsidem* *Provinciae* monet, ut, si quem corporis im- becillitate laborare senserit, dimittat, aliumq; substituatur, qui muneri corporali sufficiat, *l. 6. §. 7. ff. de vacat. muner. c. 2. de Clerico agr. jun- ge Peretz. in C. tit. qui morbo se excus. n. 4. vel tandem plus justo ve- xentur, aut crucientur, conf. Carpz. pr. crim. q. 144. n. 52. 53. & 54. juncto Peretz. d. tit. C. qui morbo se excus. n. 3. & 4.*

§. 3. *Effectus* denique idem est, qui aliorum privilegiorum, da- re scilicet (1) privilegiato, ut hic *ÆGROTO* specialem facultatem. (2) *Obligare* ad jus ejusmodi servandum. (3) *Derogare* *Juri* com- muni, conf. *Hahn. in Not. ad Wesemb. theor. pract. tit. de const. Princ. n. 2. vers. planè ex his quaedam sunt personales.* in tantum, ut præcisè juxta eorum formam procedatur, etiam cum derogatione illius *Juris* communis, quò scilicet effectum habeant & profint, licet istius dero- gationis nulla injiciatur mentio, quandoquidem ea semper sumenda est interpretatio, ut constitutio potiùs valeat, quàm pereat, vel redda- tur elusoria. *l. 1. in fin. ff. ad Municipal. 205. ad ff. lib. 1. tit. 4. n. 30.*

D 2

CAP.

I E N A E,

REC. PER IO. BERNARDVM HELLERVM, 1743.

DE CASIBUS, IN QUIBUS CESSANT  
HÆC PRIVILEGIA.

## CONSPECTUS.

1. Modi finiendi hæc privilegia sex in ordine recensentur.
2. Conclusio Dissertationis.

## §. I.

VLIS superioribus, reliquum est dicere, in quibus casibus cessent hæc beneficia, seu privilegia: PRIMUS est, si adversa, quæ prætenditur, vel objicitur, valetudo non sit propria, sed sortè patris, filii, uxoris, caterarumq; necessitudinum, quippe hæc nil confert privilegii, adedq; nec excusationem habet à muneribus personalibus, *l. fin. C. qui morbo se excus. ubi Bart. adde Peretz. cod. tit. n. 3.* Quòd si tamen morbus obveniat fonticus conjugis, aut liberorum eo ipso tempore, quo reus in Judicio comparere debet, vel horum funus deducendum sit, non metuo dicere cum *Carpz. Proc. Jur. tit. 8. art. 2. §. 3. n. 47. C. Mysf. cent. 4. Obs. 57. n. 6.* hunc morbum veluti proprium, quandoquidem conjux & liberi pars corporis mariti & patris habentur, hocq; humanitatis officium, eandem excusationem mereri, conf. *Zanger. de Except. p. 2. c. 9. n. 23. C. Coler. p. 1. Dec. 104. n. 33.* nec minùs ægritudinem Advocati, si alius de facili haberi nequeat, cum eodem *prax. for. p. 1. const. 9. Def. 9. n. 4. C. in Proc. dict. Art. 2. n. 48. 49. 50.* junge *Zanger. de Except. p. 2. cap. 9. n. 13.* SECUNDUS, si non sit probabilis, *l. 3. ibi: si allegationibus tuis fidem adesse perspexerit. C. Qui morbo se excus.* nemo enim è ficto, vel affectato impedimento beneficium, aut excusationem consequitur, *l. 21. §. ult. ff. si quis caution. l. 2. §. subvenit. ff. ad scutum sylan.* quia tum nullus esset excusationum, vel Judicem, aut Magistratum eludendi finis, *Carpz. Proc. Jur. dict. tit. C. art. §. 4. n. 52. Mysf. d. cent. 4. Obs. 58. num. 5. Wesemb. p. 3. Conf. 112. n. 17.* Unde meritò ab his suisq; propriis excluduntur beneficiis (1) Milites ægritudinem, aut langvorem corporis simulantes, vel etiam se ipsos ad detrectandum cum hoste pugnam vulnerantes, *l. 6. §. 5. ff. de re milit.* adde *Dis. meam de Jur. Armerum cap. 10. §. 2. n. 11.* (2) Mendicantes

possessio detur furiosi nomine, *l. 68. ff. de acqu. hered. Gypnan. ad pr. Inst.*

dicantes validi, die welsige/ faule Berster / morbos plurimum flagentes, horum obtentu commiserationem hominum, largamq; stipem meritori, de quibus videas *Dambauder. Prax. crim. cap. 110. n. 55.* ubi lepidas de mendico occultum morbum prætentente, quam postea *pigritiam* dixit, & alio ulcerosum corpus in se purum per imposturam offerente historias recenset à *diſt. num. 55. usque 57.* eosq; furibus annumerat, quorum pœna pro ratione circumſtantiarum est sustigatio ac relegatio perpetua, imò ultimum quandoque supplicium, *Carpzov. pr. crim. q. 93. n. 75. 95. 96. & 98.* TERTIUS, si non corporis labor, sed animi & consilii opera requiratur, *l. 2. §. 7. ff. de vacat. mun. Bart. ad l. 1. c. Qui morbo se excus. & Peretz. eod. tit. num. 4.* QUARTUS, si in totum cessaverit morbus, cessante enim causâ privilegii inductivâ & finali, quæ est commiseratio infirmitatis, ejusq; levamentum, cessat ipsum privilegium, *l. Titia. §. Usuras. ff. de Legat. 2. l. cura extruendi. §. deficientium facultatibus. ff. de muner. & honor. Decius ad l. 68. n. 18. ff. de R. J. Richter. vol. 2. Conf. 110. n. 20. Coler. de Process. Execut. part. 2. c. 2. n. 132.* Dico in totum, quamdiu enim post convalescentiam è præcedanea ægritudine quis adhuc lassus est, aut debilitatus, iisdem fruitur privilegiis, *Decian. lib. 3. Respons. 14. num. 59.* QUINTUS, si ipse his renunciaverit, arg. eorum, quæ habet *Peretz. in Cod. lib. 3. tit. 14. num. 5.* tum ex eo, quòd unusquisque Juri pro se per legem, consuetudinem, aut statutum introducto possit renunciare, *l. pen. c. de Pactis, Richter. vol. 2. conf. 271. n. 3. & conf. 485. n. 5.* SEXTUS, si ipse morbosus, vel ægrotus, his, quibus gaudet, privilegiis non utatur, quippe privilegia per non usum privativum scilicet, seu omisivum, non merè negativum tolli in aperto est, vid. *l. 1. ff. de nuntiatis. Hahn. in Not. ad Wes. d. l. Felin. in cap. cum accessissent. vers. secunda regula de constit. Richter. vol. 1. part. 6. conf. 5. num. 72.*

§. 2. Atque hæc de frequenti non minùs quàm utili in communi vita pariter ac usu fori ÆGRITUDINIS Argumento dixisse, inq; has pagellas ex abditis LL. & Dd. recessibus retulisse sufficiat, quæ tanto minùs aspernaberis, LECTOR, quòd nosti hospitem Te esse in fragili corpore, imò in conducto tuguriolo, *Psalm. 39. v. 13. & 119. v. 19.* & quòd longiùs in hac vitæ viâ progredieris, propiùs Te ad mentis hebetudinem, corporis imbecillitatem accedere, sæpiùs etiam opinione ci-

D 3

tius

I E N A E,

REC. PER IO. BERNARDVM HELLERV, 1743.

tius umbrae instar evanescere, 1. Paralip. 30. v. 15. sap. 2. v. 5. Quare, dum commorandi tantum, licet multi VITA & FACTO reclamant, qui cum MORTE ac INFERNŌ se transegerint, natura nobis diversorium dedit, non habitandi, ut Romana vox est in aureo de Senectute libro, citante illam *Gothofredo ad l. 3. in quibus causis &c. lit. A.* inq; hoc sapius, quanto insolentius grassamur, quanto latius superbimus, tanto magis morbis quamplurimis corripimur, atque in Medicorum manus incidimus, *Syrac. c. 38. v. 15. adora mecum, praeunte Hiskia 2. Reg. 20. v. 3. 4. 5. & Abrahamo Genes. 20. v. 17. DEUM caeli & terrae, ut incolumem Te servet, ut tollat animi corporisq; aggritudines, & fiduciae in hunc plenus recuperabis certo novas vires, Esaiæ 40. v. 31. imò sanis aggregaberis, inter quos Medicus est supervacuis, Tacitus de Oratore c. 41. v. 3. & qui non nisi cum periculo morbos pharmacis irritant, Plato in Timæo, vel de natura tom. 3. pag. mibi 612.*

Tantum!

## AUCTARIUM

### JURE DIVINO.

I.

**T**ransitus exercituum innoxius per aliena territoria, *der Kriegs-Durchzug durch eines andern Land / justus licitusq; evincitur per textum Num. 21. vers. 21. 22. 23. & 24.*

II.

*Jus Regium, quale sit & quantum, male ostenditur è textu 1. sam. 8. vers. 2. & seqq.*

### NATURALI.

I.

*Jure naturali liberis parentes magis, quam liberi parentibus debent alimenta.*

II.

*possessio detur furiosi nomine, l. 63. ff. de acqu. verea. Gypsan. ad pr Inst.*

II.

*E justo naturali universali quis obligatur, ut pauperi verè tali, non circumforaneis, den umblauchenden faulen Bettlern / succurrat, ad pauper jus exigendi non habet.*

GENTIUM.

I.

*obfes à Principe, vel civitate datus ipso facto obligatur, ut maneat, donec satisfactum, contra Grotium de Jur. Belli & Pac. l. 2. c. 29.*

II.

*Mare & Dominii & Imperii capax est, contra eundem de mari libero pag. 37.*

CIVILI.

I.

*Judex questionem in causam principalem incidentem und eademq; definitivâ sententiâ amplecti potest.*

II.

*Civitas tam è contractu, quàm delicto Civium & Administratorum obligatur.*

CANONICO.

I.

*Canon Redintegranda 3. quest. 1. prout non de quovis promiscuè possessore conceptus; ita nec ex illo agi potest contra tertium sive bonæ, sive malæ fidei possessorem.*

II.

*Exactio Papalis Annatarum sapit actum simoniacum.*

FEUDALI.

I.

*sequela Nobilium Vasallorum, die Landes- und Heers-Folge / quam ad Domini & Provincie defensionem prestare necessum, in territorio Domini propriis Vasalli, extra territorium Domini sumptibus expeditur.*

II.

*Quot equis unusquisque Vasallus servire debeat, si è literis Investituræ, dem Lehn-Brieff non appareat, è registris ac schedulis metropolitani, den Quartier-Zettelu rectè probatur.*

PUBLICO

IENAE,

REC. PER IO. BERNARDVM HELLERVM, 1743.

PUBLICO.

I.

*Solus Imperator in Principes Imperii Bannum stringere nequit, die Reichs. Acht, nec sufficit sola in hoc facto notorietas.*

II.

*Miles in excubiis positus instantissimum ab hoste periculum nec sagā devitare, nec tutiorem ob id locum eligere potest.*

STATUTARIO.

I.

*Statutum valet, ut non liceat nisi cum alterius consensu testari.*

II.

*Nobiles domicilium in civitate constituentes, illius jurisdictionem & statuta agnoscere tenentur.*

SUPERPONDIIUM.

I.

MEDICO-PHILOGICUM.

**P**urgationum constitutionumq; omnium, quæ exercitatione Gymnasticâ fit, saluberrima est, sed quæ sit, vel fuerit exercitatio Gymnastica, discursus aperiet.

II.


MERE PHILOGICUM.


*Vocabulum Puritas, Benefactor, Malefactor & Adverbium Ab sine sine causa VOSSIO de vitiis Latini serm. barbara habentur, sed ipse dicenda: Abs re, conciliare aliqua, & vocabulum Disfitus usurpando pro Remotus, barbarismi notam vix effugit.*


DEO SERVATORI GLORIA!





possessio detur furiosi nomine, l. 68. ff. de acqu. hered. Gypnan. ad p. Inst.











the scale towards document

**DISSERTATIO.**

25

diff. fol. 201. (6) Furiosus per servum quoque & hereditatem, l. 1. §. 5. ff. de acq. vel amitt. vel omitt. hered. Imò & servus furiosus hereditario necessarius Domini hæres existit, d. l. 63. Hoyered. qual. & diff. fol. 193. (7) Relinquenda sit i legitima, l. 9. c. de impub. & al. subtit. ibiq. Agruellus ib. fol. 445. (8) Post contractum mans illud non separet, aut infirmet, arg. l. consens. de spons. l. 22. §. si matrimonium. ff. solat. ma. sti. c. requisivisti. 33. q. 1. c. hi qui. cap. usque & 2. ibiq. Panorm. de Conjug. leprof. Beust. de prout nec mitior rescindit sponsalia, Carpz. Ju. ro. Def. 182. n. 5. (9) Furor unius conjugis alte. titigationem promereatur, ita ut ordinaria in ex. ionis, vel relegationis mutetur, Carpz. pr. crim. seq. usque ad n. 42. (10) Ab omni planè pcc. to ante furorem, quàm post illud contractum. ad L. Corn. de sic. l. 9. §. 2. ff. ad L. Pomp. de. prasid. Prosp. Farin. p. 1. Oper. crim. q. 92. n. 1. & rem delinquentis accuratè priùs inquirendum & Chirugos, quàm poena remittatur. P. D. G. onstl. 98. n. 4. vol. 2.

MAGNA FEBRIS, sic à fervore dicta, quâ velu. ra naturam nihil magis impedimento est, l. 60. ff. ne quis in Judicio comparere teneatur, d. l. 60. morbi fontici nomine venit & gravioris, genera. r & ubique facit impedimentum, d. l. 60. ubi. vinius, aliàs Rahl / in Lexico Jurid. voc. Febris. quartana recens, è qua nemo rectè sanus dicitur. ist. Dico recens, nam inveterata excusatorum. leg. 53. Calv. & schard. in Lexicis, voce Febris. num MORBUS TEMPORALIS, aut LEVIS, febricula & quartana inveterata, vel similis, §. 2. Quo non obstante sæpè domi negotia sua. cti non æquale cum morbo graviori, vel perpe. D. tuo

IENAE,  
BERNARDVM HELLERVVM, 1743.